UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

26. De irrisionibus Christi in cruse. Matt. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

ſic per tunicam inconſutilem ſignificari Eccleſiam Catholicam Romanam, quæ non poteſt diuidi, ſed vnam tantum fidē retinebit, & eſt, *deſuper contexta per totum*, id eſt, toto orbe diffuſa. Tu caue ne ab hac tunica excidas. 2. conſidera tunicam incō-ſutilem eſſe verum & perfectum amorem in Deum, hic enim verè inconſutilis eſt, & in alios amores diuidi non poteſt. Deus e-nim ſolus vult amari, non admittit in ſui amore riualem.

MEDITATIO XXVI.

De irriſionibus Christi in cruce. Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23.

TRanſeuntes *blaſphemabant mouentes capita ſua, & dicentes. Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſaluū fac temetipſum.* Conſidera, feritatē populi, Principum, & militum, ne in ſummo quidē agone Chriſti ab iniuriis abſti-nentiū, & cum peccata non inueniant, etiam beneficia & miracula ei exprobrantiū, vt quod infirmos ſanarit. Contra perpen-de, quā grauiter hæ blaſphemiæ manſue-tum Chriſti cor pupugerint: cum ſoleant

 mala-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

maledicta in calamitoſum coniecta ipſ
calamitate eſſe acerbiora.

Similiter & principes Sacerdotum dic
2. *bant. Si filius Dei, ſi Rex Iſrahel eſt, deſcend*
nunc de cruce, & credimus ei. Cõfidit in De
liberet eum nunc, ſi vult: dixit enim, quia
lius Dei ſum. Alios ſaluos fecit, ſe non po
Conſidera, cæcam Iudæorum ſtultitia
quia enim filius Dei fuit, ideo non deb
relinquere obediẽtiam Patris, ſed bibe
totum calicem, quem dederat illi Pat
Deinde, quia rex Iſrahel fuit, non deb
Pſ. 95. deſcendere, cum ſcriptum ſit. *Dominu*
ligno regnaturum. & ſi regnet non de
imperij ſui ſceptrum, nempe crucẽ d
rere. Similiter ſi ſeipſum ſaluum facer
lit & alios, debet perſiſtere in cruce: q
qui perſeuerarit vſq; in finem hic ſal
erit: vnde diſcis, in vitæ ſanctæ propoſi
etiamſi difficile nonnunquam ſit, per
uerare in finem.

Illudebant autem ei & milites aceto o
3. *to, dicentes: Si tu es Rex Iudæorum, ſaluu*
fac. Cõſidera, ab impiis nullam in hac
ta cognoſci, niſi corporis ſalutem & co
moditatem, ignaris pro animę ſalute d
Chriſtum facere, & vt nos eadem via p
multas tribulationes in cœlum tende

mu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mus. 2. Conſidera Chriſtum ad omnia opprobria nihil reſpondiſſe, vt nos doceret amore Chriſti illa patienter ferenda, nec loquendum niſi cum honor Dei, vel ſalus animæ id expoſcit, & ideo locutus eſt bono latroni, non malo.

MEDITATIO XXVII.

De primo verbo Chriſti prolato in cruce.

Luc. 23.

IEſvs *autem dicebat.* Conſidera. Ieſū hæc
ſeptem verba extrema cū clamore va- 1.
lido protuliſſe, copioſisq́; lacrymis ſāgui-
ne de capite defluente mixtis. Lacrymę o-
rationem rigabāt, ſanguis exornabat, cla-
mor aures Patris penetrabat. Hæc & tu
admitte, ac expende, his enim ſanctificata
ſunt 7. Sacramenta, & impetrata 7. Spiri-
tus ſancti dona, ac depulſa 7. capitalia vi-
tia. 2. Cōſidera, quis dixerit hæc verba? Fi-
lius Dei. Cui? Patri. Vbi? in arbore crucis.
quādo? proximus morti. Quomodo? ma-
nibus expanſis in cruce ſtans, & ſanguine
madens. Pro quibus? pro ſuis crucifixorib.
& omnibns peccatoribus. Quid petiit? re-
miſſionē peccatorū. Corā quib⁹? etiā co-
ram hoſtibus, vt teſtes eſſent condonatio-
nis factæ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN